
Der folgende Text soll in angemessenes Deutsch übersetzt und durch die Bearbeitung der unter II. gestellten Aufgaben sprachlich erläutert werden.

I. Übersetzung

1 SENECA LVCILIO SVO SALVTEM

2 Rem utilem desideras et ad sapientiam properanti neces-
3 sariam, dividi philosophiam et ingens corpus eius in membra
4 disponi; facilius enim per partes in cognitionem totius ad-
5 ducimur. Utinam quidem quemadmodum universa mundi
6 facies in conspectum venit, ita philosophia tota nobis posset
7 occurrere, simillimum mundo spectaculum! Profecto enim
8 omnes mortales in admirationem sui raperet, relictis iis quae
9 nunc magna magnorum ignorantia credimus. Sed quia con-
10 tingere hoc non potest, est sic nobis aspicienda quemadmo-
11 dum mundi secreta cernuntur. Sapientis quidem animus
12 totam molem eius amplectitur nec minus illam velociter
13 obit quam caelum acies nostra; nobis autem, quibus perum-
14 penda caligo est et quorum visus in proximo deficit, singula
15 quaeque ostendi facilius possunt, universi nondum capacibus.
16 Faciam ergo quod exigis et philosophiam in partes, non in
17 frustra dividam. Dividi enim illam, non concidi, utile est; nam
18 comprehendere quemadmodum maxima ita minima difficile
19 est. Describitur in tribus populus, in centurias exercitus;
20 quidquid in maius crevit facilius agnoscitur si discessit in
21 partes, quas, ut dixi, innumerabiles esse et parvulas non
22 oportet. Idem enim vitii habet nimia quod nulla divisio:
23 simile confuso est quidquid usque in pulverem sectum est.

24 Primum itaque, si [ut] videtur tibi, dicam inter sapientiam
25 et philosophiam quid intersit. Sapientia perfectum bonum est
26 mentis humanae; philosophia sapientiae amor est et adfecta-
27 tio: haec eo tendit quo illa pervenit. Philosophia unde dicta
28 sit apparet; ipso enim nomine fatetur quid amet. Sapientiam
29 quidam ita finierunt ut dicerent divinorum et humanorum
30 scientiam; quidam ita: sapientia est nosse divina et humana
31 et horum causas. Supervacua mihi haec videtur adiectio, quia
32 causae divinorum humanorumque pars divinorum sunt. Philo-
33 sophiam quoque fuerunt qui aliter atque aliter finirent: alii
34 studium illam virtutis esse dixerunt, alii studium corrigendae

35 mentis; a quibusdam dicta est adpetitio rectae rationis.

Herbst 1995

- 2 -

II. Sprachliche Erläuterungen

1. Erklären Sie die Konjunktive **posset** (Z.6) und **raperet** (Z.8)!
2. Erläutern Sie die Wortbildung und kurz die Bedeutungsgeschichte von **philosophia** und **sapientia**!